


Sala  
Gab. **R B**  
Est.  
Tab. **26**  
N.º **11**



RB  
26

ad me me

Grammatica Nicolai Perotti cum arte metrica eiusdem nuper emenda  
dite impressa / cum summa orthographiae et dyphthongoꝝ obseruatione:  
ab alijs prius neglecta.

Item Guarinus Veronensis de arte dyphthongoꝝ nuper castigatus.

Item regule de crescentiis genitiuorum.

Laudes  
mea

abs reme



Laudes  
mea  
me me

*Handwritten signature or name in a cursive script, possibly 'Hans Isaac'.*

*Handwritten text, possibly 'Explicat'.*

*Handwritten text, possibly 'Hans'.*

*Almeida* uosso grande  
*amigo*

*gracias* ti  
*viago*



## Folio

ram enimvero cū crebris impulsione librarū nostri efflagitarēt  
 ut aliqñ elimationis archetypi copiam ipsis facerē: q̄ nec dyphthō  
 goꝝ: nec orthographie ratio vlla in alijs habita fuisset. Tandem  
 cōis utilitas studio duct<sup>o</sup>/ipsis morē gessi. Et eo quidem libenti  
 us/q̄ in hac re tuam mihi operā humanissime de se minime defu  
 turam/nō eram nescius. Es enī ea p̄ditus hūanitate/ea magni  
 ficentia: ut q̄ summīs grauissimoz studioꝝ culminibus lōge emi  
 neas/nō vereare interim ad māuetiores musas (quaz lacte edu  
 catus es) earūq̄ altricem grāmaticen te rursū dimittere. Tu  
 itaq̄ auspicio hūc libꝛū sumpsim<sup>o</sup> recognoscendū. In quo libra  
 rioꝝ incuria tam grādis iactura facta erat: ut in locis supra mil  
 le mutilatus z pene mancus esse videret. Qua in re iuuentuti eru  
 diende p̄spicientes: sic pristino libellū decori reddere nisi sumus/  
 ut is (quaten<sup>o</sup> p̄ ingenioli nostri mediocritate assequi potuim<sup>o</sup>)  
 q̄ emendatissime impūmeret. Ceterū dedimus operaz ut eiusdeꝝ  
 Nicolai Ars metrica (tuo arguto ac p̄pe diuino ad omnes litte  
 ras ingenio opitulāte) ad vnguem polita apponeret. In qua cuz  
 omnia fere; carminū genera dare cōplexus est: tum singula z Ho  
 ratiū romanoz lyricoz p̄ncipis/et Boetii (quibus vsi sunt) bre  
 uiter demōstrauit. Adiūximus p̄terea illis tanq̄ appendicē Gua  
 rini Veronensis perfacūdi viri/eam lucubrāculam: quam de  
 dyphthongoꝝ obseruatōe edidit. Eo p̄cipue/ne quicq̄ in hoc li  
 bro: qđ ad totius grāmatices rationē spectet: desideraret. Pro  
 inde hoc te deprecor/ne meum hoc officiū arrogantie condemnes  
 qui hūc laborem suscepī. Verum si quid aut minus decenter cō  
 tractasse aut perperam p̄terisse videbor: hoc impleas/veritas/  
 emendes. Deniq̄ quicqđ effectum infectūq̄ est: id omne ad tuum  
 arbitriū: qui hec studia semper amasti/libentissime conferemus.  
 Neq̄ me hercle in hoc ipso temeritatis insimulari verebor (quū  
 ob tuam erga me miram beniuolentiā plurimū sim tibi obnoxio)  
 q̄ tuū ad has quoq̄ minutias ingenii ausim inuitare. Quādoqui  
 dez a Lycerone n̄ro accepim<sup>o</sup>: animi ingenui esse/cui multū de  
 beas: eidē plurimū velle debere. Vale Paulūq̄ tuū ama.

*Immo que in te scripsit que hanc  
 hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc  
 hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc  
 hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc hanc*

Nicolai Perotti pōtificis Syptōtini: ad Pyrrhū Perot  
tū nepotē ex fratre suauissimū: rudimēta grāmatices.

Da litteras.

A.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.u.v.x.y.z.

Da salutationē beate vīginis.

a De maria gratia plena dominus tecū: benedicta tu in mu-  
lieribus: et benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta maria  
mater dei: ora pro nobis peccatoribus. Amen.

Da orationē dominicam.

p Ater noster qui es in celis: sanctificet nomē tuū. Adueniat  
regnū tuū. Fiat volūtas tua: sicut in celo et in terra. Pa-  
nem nostrū quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita  
nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos i-  
ducas in tētationē. Sed libera nos a malo. Amen.

Da symbolum.

c Credo in deū patrē oīpotentē: creatorem celi et terre. Et in  
Iesū christū filiū eius unīcū dñm nostrū. Qui cōceptus est  
de spūs sancto. Natus ex Maria virgine. Passus sub pontio pi-  
lato. crucifixus/mortuus et sepultus. Descendit ad inferos. Ter-  
tia die resurrexit a mortuis. Ascēdit ad celos: sedet ad dexteram  
dei patris oīpotētis. Inde vēturus est iudicare viuos et mortuos  
Credo in spīritū sc̄m. Sanctā ecclesiā catholicā. sanctorū cōmu-  
nionē. Remissionē peccatorū. Carnis resurrectionē. Vitā eternā

Quare optima a principio discēda sūt? (Amen.

qz tenacius herēt q̄ nudis animis p̄cipiuntur: vt sapor quo noua  
imbuūtur maxime durat. Quare p̄tinacius herent q̄ deteriora  
sunt? Quia bona facile mutātur in peius: nūq̄ in bonū vitia ver-

*tenacius est cosa magis  
remota  
p̄tinacius est p̄tinacia  
animal  
sensum vocat apoco  
remissio omnia est factio  
de la hiaz  
qd̄m̄ m̄p̄o m̄ob̄stia  
Aud̄m̄ il̄ fauor  
m̄p̄m̄ q̄d̄o n̄at̄al*

Cur paulatim instruendi sunt pueri? (tūtur

Quia sicut vāscula angusti oris sup̄flūam liquoris copiā: sic ani-  
mi puerorū q̄ nimia sūt respuūt: sensim aut̄ instillatiōibus p̄plent

Quomodo vtendū est remissionibus? Ita vt nec odiū studio-  
rum faciāt remissiones negare: nec oclī cōsuetudinē nimie.

Quod est primū ingenii signū in pueris? Memoria. Quod est  
secundum? Imitatio. *remota*

Quotuplex est virtus memorie? Duplex. Que? Facile p̄cipere  
et fideliter continere.

Cur in arte grāmatica prius instruēdi sūt pueri? qz hec ē int̄-

*Handwritten notes in a cursive script, likely a student's commentary or a later hand's additions, covering the bottom half of the page.*

tium et fundamētū oīm disciplinarū. nec pōt ad vlli<sup>9</sup> rei sūmā: nisi  
 precedētib<sup>9</sup> initiis pueniri. ¶ Quid ē grāmāticē? Est ars recte lo  
 quēdi: recteq; scribēdi: scriptorū z poetarū lectiōibus obseruata.  
 Unde dicit<sup>r</sup> grāmāticē? / hoc est a litteris  
 Latine enī litteraria dicit<sup>r</sup>: q; ex lris syllabe fiāt. ex syllabis dicti  
 ones: ex dictiōibus orō: ex qbus disciplina grāmāticēs cōstituit.  
 ¶ Quot sūt pres grāmāticēs? Quattuor. Due? Littera. syllaba  
 dictiō. z orō. Littera vt p. Syllaba vt pyr. Dictiō vt pyrribus.  
 Oratio vt pyrribus incūbit virtuti. ¶ Quid est lra? Est minima  
 pars vocis cōpositē. ¶ Quid est vox? Est aer ictus auribus acci  
 dens. Unde dicit<sup>r</sup> vox? a boō boas, quod est voco. ¶ Quotuplex  
 est vox? quadruplex. Articūlata: q; ab aliquo sensu mētis pifici cū  
 Inarticūlata: que a nullo sensu mētis pifici cūtur. Litterata: que  
 scribi potest. Illitterata: q; scribi nō pōt. Articūlatarū autē qdam  
 pnt scribi: vt pyrribus. qdā nō pnt scribi: vt sibili z gemit<sup>9</sup> hoīm.  
 Inarticūlatarū etiā qdā scribi pnt z lrate sūt: vt coax z cra. que  
 dā sūt illitterate z scribi nō pnt: vt strepitus / mugitus / et similia.  
 Unde dicta est littera? Littera dicta est quasi legittera: q; legēti  
 bus iter pbeat. Vel a lituris: q; veteres in ceratis tabulis scribe  
 bant. ¶ Littere quot accidunt? Tria. nomen. figura. z potestas.  
 ¶ Quid interest inter lras z elemēta? Elemēta dicūtur ipse pro  
 nūciationes. Littere vō sūt signa elemētorū. Abusue tūz lre pro  
 elemētis: z elemēta p lris ponūtur. ¶ Quot sūt littere siue figu  
 re elementorum? Viginti due. A. b. c. d. e. f. g. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t.  
 v. x. y. z. ¶ Quot sunt vocales? sex. quib; latine. a. e. i. o. u. z vna gre  
 ca ypsilon. ¶ Consonātes quot? sexdecim. b. c. d. f. g. k. l. m. n. p. q.  
 r. s. t. x. z. ¶ Ex cōsonātibus quot sunt mute? nouem. b. c. d. f. g. k.  
 p. q. t. Quare dicūtur mute? q; incipiūt a seipsis: z desinunt in vo  
 cales. ¶ Quot sunt semiuocales? septem. l. m. n. r. s. x. z. Quare di  
 cunt<sup>r</sup> semiuocales? q; oēs fere a vocalibus incipiētes in se desinē  
 tes simlē fere vocalib<sup>9</sup> sonū hnt. ¶ Quot sūt liquide? quattuor  
 l. m. n. r. ¶ Quare dicūtur liquide? q; post mutas posite in eadez  
 syllaba faciūt precedentē syllabā esse cōmunem.  
 ¶ Quot sūt duple? Due. x. z. Quare dicūtur duple? q; pro duab<sup>9</sup>  
 litteris ponūtur. x enī ponit<sup>r</sup> p c. et s. z vero pro duplici ff. vt gre  
 cisso. p grecizo. ¶ Etiam et v. si in principio dictionis ponantur  
 sequente vocali consonantes fiunt: vt Juno. venus. Si vero i me  
 dio dictionis ponātur. nō cōposite inter duas vocales duplicium



vim habent: vt masa et audiui.

¶ Quare nō ponitur inter litteras? quia nō est littera sed aspiratiōnis nota.

¶ Quot sunt vocales prepositiue? Tres. a. e. o.

¶ Quot sunt subiunctiue? Due. e. u.

¶ Quare dicuntur subiunctiue? Quia subiuncte prepositiuis diphthongos faciunt.

¶ Quot sunt diphthongi? quinq; .ae. oe. au. eu. et ei.

¶ Quot sunt diphthongi que scribuntur et nō proferuntur? Tres. ae. oe. et ei.

¶ Quot sūt diphthongi que scribuntur et proferuntur? due. au. eu.

¶ Diphthongi sūt longi an breues? Semp sūt longi: nisi interdum sequēte vocali: vt apud Virgiliū. Stipitibus duris agitur sudibus ve praeustis.

¶ De syllaba.

¶ Quid est syllaba? Est cōprehēsiō litterarū que sub vno accētu et vno spīritu pferit. ¶ Unde dicitur syllaba: a syllabin grece/ quod est cōprehendere: licet abusiue singularum vocalium sonos syllabas nominemus.

¶ Syllabe quot accidunt? quattuor. Tenor. spūs. tps. et numerus.

¶ Quot sunt tenores syllabarum? Tres. acutus. grauis. et circumflexus. ¶ Quot sunt spīritus syllabarum? Duo. asper et lenis.

¶ Quot sunt tempora syllabarum? Tria. Breue. longum. et medium: quibus omnis syllaba vel breuis vel longa vel communis efficitur.

¶ Numerus quomodo accidit syllabe? Quia aut vnius littere est syllaba: vt a. aut duarū: vt ab. aut triū: vt arx. aut quattuor: vt mars. aut quinq;: vt stans. aut sex: vt stirps. Maioris autē numeri q̄ sex litterarū nulla apud latinos syllaba inuenitur.

¶ De dictione.

¶ Actio quid est? Est minima pars orationis cōstructe.

¶ Que differētia est inter syllabā et dictionē? Syllaba est pars dictionis: et nihil per se significat. Dictio aut per se significat. ¶ Dicitio vnde dicitur? A dicendo q̄ dicat aliquid: hoc est significat. ¶ Quot syllabarum est maxima dicitio apud latinos. Tredecim: vt Dioclitienopolitanissimorum.

¶ De oratione.

¶ Quid est oratio? Est ordinatio dictionū: congruam sententiam perfectāq; demonstrans.

¶ Partes orōis quot sūt? Octo. Nōmē. verbū. p̄ticipiū. p̄nomē  
 p̄positio. aduerbiū. interiectio. z cōiunctio. ¶ Quot sūt partes  
 orōnis declinabiles? quattuor. nomē. verbū. p̄ticipiū et p̄nomen.  
 ¶ Quot sūt partes orōis indeclinabiles? quattuor. P̄positio  
 aduerbium. interiectio. z cōiunctio.

## ¶ De nomine.

q Quid est nomē? Est pars orōis cū casu: corpus aut rem pro  
 prie cōmuniter ve significans.

¶ Unde dicitur nomen? Nōmē dicit̄ quasi notamē: q̄ hoc notes  
 mus v̄. n̄ius cuius q̄ substantie qualitatē / vel a greco q̄d est.

¶ Quot accidūt noi? q̄nq̄. spēs. gen<sup>o</sup>. numer<sup>o</sup>. figura. casus.

¶ Quotuplex est nomē? duplex. Substātiuum z adiectiuum:

¶ Quod est nomē substātiuum? Est illud cui p̄ponit̄ vnū articula  
 re t̄m: vt hic liber. vel duo ad summū: vt hic z hec homo.

¶ Quotuplex est nomē substātiuum? duplex. p̄priū z appellatiuum

¶ Quod est nomē propriū? q̄d vni soli conuenit: vt Pyrrhus et

Penelope. ¶ Quod est nomē appellatiuum? q̄d est cōe multorum

vt hic leo. ¶ Quod est nomē adiectiuum? q̄d variat̄ per tres diuer  
 sas voces: vt probus proba probū. vel per tres articulos. vt hic z  
 hec z hoc felix.

¶ Quot sunt spēs noīm tā p̄prioꝝ q̄ appellatiuoꝝ? Due. primī  
 tiua: vt iulus z mons. Deriuatiua: vt iulius z montanus.

¶ Quot sūt spēs p̄prioꝝ noīm? quattuor. P̄nomē q̄d p̄ponit̄  
 differētie causa: vt Sineus. Nōmē q̄d est cuiusq̄ propriū: vt pau  
 lus. Cognomē q̄d est cognationis cōe: vt Scipio. Agnomen q̄d  
 ab aliquo euentu imponit̄: vt Africanus.

¶ Quot sūt spēs tā primitiuoꝝ q̄ deriuatiuoꝝ noīm cōes? vigi  
 tiq̄. Corpale. Incorpale. Smonymū. Synonymū. proprium.  
 appellatiuum. substātiuum. adiectiuum ad aliq̄d dictuz. quasi ad ali  
 quid dictū. gentile. patriū. interrogatiuum. infinitū. relatiuum. collec  
 tiuum. diuiduū. ficticiū. generale. speciale. ordinale. numerale. abso  
 lutum. temporale. locale.

¶ Quod est nomē corpale? q̄d corpus significat: vt homo.

¶ Quod incorporale? quod nō significat corpus: vt virtus.

¶ Smonyma que sūt? que voce nō significatiōe cōueniūt: vt ne  
 pos filius filii. vel luxuriosus.

¶ Que sūt synonyma? que nō voce sed significatiōe cōueniunt  
 vt ensis. gladius. mucro. spatha.

- ¶** Quod est ad aliqd dictū: qđ sine itellectu eius ad qđ dicit pro  
 ferri nō pōt: vt filius pater. **¶** Quasi ad aliqd dictū qđ est: quod  
 quis habeat aliqd p̄trariū z quasi sp̄ adherens: tñ neq; ip̄o noie  
 significat etiā illud/nec secū interimit: vt nox. dies.
- ¶** Gentile quod est: quod gentē significat: vt grecus. latinus.
- ¶** Patriū quod est: quod a patria sumitur: vt romanus.
- ¶** Quod est interrogatiū: quod cū interrogatione pfertur: vt  
 quis: qualis: quātus: quot:
- ¶** Infinitū quod est: qđ est interrogatiuo cōtrariū: vt quis/qua  
 lis/quātus: cū graui accētu proferūtur.
- ¶** Relatiū qđ est: qđ refert añs: vt q. q̄. qđ. et talis. tantus.
- ¶** Collectiū quod est: quod in singulari numero multitudines  
 significat: vt populus.
- ¶** Diuidiū quod est: quod a duobus vel a pluribus ad singulos  
 relationē habet, vel ad plures in numeros pares distributos: vt  
 vterq; alter. quisq; singuli.
- ¶** Ficticiū quod est: quod a proprietate sonoz factus est: vt tur-  
 tur. grus. tarantara.
- ¶** Qđ est gñale: qđ in diuersas spēs pōt diuidi: vt aia. arbor.
- ¶** Quod est speciale: qđ a genere diuidit: vt homo. laurus.
- ¶** Quod est ordinale: qđ ordinē significat: vt primus. secundus.
- ¶** Quod est numerale: qđ numerū significat: vt vnus. duo.
- ¶** Quod est absolutū: quod per se intelligitur. vt ens. deus
- ¶** Quod est tēporale: qđ tēpus significat. vt mensis. annus.
- ¶** Quod est locale: qđ locū significat. vt pp̄inqu<sup>9</sup>. longinquus
- ¶** Quot sūt deriuatiuoz noim spēs pp̄rie: flouē. patronimicū.  
 possessiū. cōparatiū. suplatiū. diminutiū. denotatiū. verba-  
 le. participiale. aduerbiale. **¶** Quod est nomē patronimicū: qđ  
 a noib; pp̄ris patrū deriuat secundū formā grecā. z significat  
 cum gñō primitiui filiū vel nepotem: vt acides filius vel nepos  
 eaci. **¶** Quod est nomē possessiū: quod cū gñō primitiui signi-  
 ficat aliquid eorū que possidētur: vt euandrius ensis/ id est ensis  
 euandri. **¶** Compatiū quod est: qđ significat magis cū positiuo  
 vt fortior/ id est magis fortis.
- ¶** Que noia cōparātur: Appellatiua dūtaxat qualitātē aut q̄nti-  
 tatē significātia. qualitātē: vt bon<sup>9</sup> malus. q̄ntitatē: vt magnus p-  
 uus. **¶** Cōparatiū cui casui seruit: Ablatiuo vtriusq; numeri sē-  
 ne p̄positione. Dicimus enī doctior illo: vel doctior illis.

¶ **S**uplatiuū qđ est: qđ per se prolatū intellectū habet cū valde aduerbio positiui: vel ad plures sui generis cōparatum supponit oibus: vt enneas piissimus / id est valde pius. optim⁹ teucroz / id est bonus sup oēs teucros. ¶ **S**uplatiuū cui casui seruit? Genitiuo tm̄ plurali. Dicimus enī doctissimus poetarum.

¶ **D**iminutiū quod est: qđ ad diminutionē sui deriuatiui absolute demōstrat: vt regulus / id est paruus rex.

¶ **Q**uot causis pferuntur diminiutia? Trib⁹. necessarie significatiōis. vrbānitatis / z adulatōis gr̄a: vt tātilus. īgeniolū. corculū

¶ **D**enoiatiua que sūt: q̄ a noīe deriuatur: vt a saxo saxosus.

¶ **V**erbalia que sūt: q̄ a verbo deriuat: vt a domo domitor.

¶ **P**articipialia q̄ sūt: q̄ a pticipiis deriuatur: vt amādu. reuerendus / hoc est dignus amari z reuereri. ¶ **A**dverbialia que sūt: que ab aduerbiis deriuat: vt hodiern⁹. crastin⁹ / ab hodie et cras.

¶ **D**e Generibus noīm.

¶ **Q**uot sūt gr̄a noīm? Septē. masculinū / foeminū / neutru / cōe om̄e / pmiscuū / z incertū. Masculinū cui pponit vnū articulare. pnomē hic: vt hic pyrrhus. Foeminū cui pponit vnū articulare. pnomē hec: vt hec penelope. Neutru cui pponit vnū articulare. pnomē hoc: vt hoc aīal. Cōe cui duo pnoīa articularia pnoīa pponit hic z hec: vt hic z hec hō. Om̄e cui tria articularia pnoīa pponit: vt hic z hec z hoc felix. Pmiscuū (qđ z epicoe nū dicit) qđ sub vna voce. z vno articulo denotat aīalia vtriusq; sexus: vt hic passer. hec aīla. Incertū qđ nulla rōe cogente: sola auctoritas veterū sub diuerso gr̄e ptulit: vt hic vel hec silex. finis talpa / cortex / gr⁹ / dama / dies / margo / bubo / pāthera / clunis / serpens / lynx / alu⁹ / adeps / vel adipēs.

¶ **P**irrus cui⁹ gr̄is? Masculini. quare? qz oīa noīa ppria viro rum cuiuscūq; sint terminatiōis masculini sunt generis.

¶ **P**enelope cui⁹ gr̄is? Foemini. qz omnia noīa mulierū cuiuscūq; sint terminatiōis foemini gr̄is sūt: vt penelope. gliceriū.

¶ **P**irus cuius generis? Foeminini. qz oīa noīa arborū foeminini sunt generis. Fructuū vero z lignoz frequētissime neutri. Excipiūtur hic oleaster. et hec ficus pro fructu. Nam hoc siler. hic rubus / z hic dumus. nō numerātur inter arbores.

¶ **Q**uarta regula.

¶ **A**pulis cuius generis? Masculini. qz omnia nomia mensium

sunt masculini generis.

**¶ Decē cuius generis?** Dis. qz oīa nomīa numeralia a quattuor vsq; ad centum sunt oīs generis z indeclinabilia. Cetera vero et declinātur et discreta sunt. p̄ter mille / quod triū generū z indeclinabile est.

**¶ Sexta regula:**

**¶ Metaurus cuius generis?** Masculini. qz oīa noīa fluuiozum sunt generis masculini.

**¶ Septima regula.**

**¶ Coniua cui<sup>9</sup> gñis?** Cōmunis. qz oīa noīa cuiuscūq; sint terminationis: si ex ipsa significatione rerum ad mares vel ad foeminas solū p̄tinet masculini vel foeminini sūt generis. Sin vtriusq; sexus esse possunt (nisi diuersas habeāt voces) cōmunia sūt. Si in significatione neutris etiā cōiungi possunt omnis generis sunt: vt hic vir. hec mulier. hic z hec parricida. hic et hec et hoc sospes.

**¶ Octaua regula.**

**¶ Bonus cuius gñis?** Masculini. qz ē prima vox adiectiui. Bona: foemini. qz est secunda vox adiectiui. Bonū: neutri: qz est tertia vox adiectiui.

**¶ Nonā regula.**

**¶ Musa cui<sup>9</sup> gñis?** Foeminini. qz oīa noīa latina q̄ in noīatiuo singulari desinūt in a. foemina sūt: vt aqua cera. Pluralis v̄o que desinūt in a neutra sūt: vt arma.

**¶ Decima regula.**

**¶ Greca noīa cui<sup>9</sup> gñis?** Greca q̄ in as vel in is longā desinunt / et s̄l̄r in a apud eos desinētia neutra: z q̄cunq; terminationē suā seruāt gen<sup>9</sup> suū apud nos seruāt: vt hic boreas. crater. titan. sofia poeta. schema / z reliqua.

**¶ Undecima regula.**

**¶ Cubile cuius generis?** Neutri. quia omnia nomina que in nominatiuo singulari in e correptam vel in i desinunt neutra sunt: vt monile gummi. Excipiuntur a genitiuis composita omnis generis: vt eiusmodi. Nam nihil. frugi. mancipi. obliqui sunt casus cum oibus casibus z generibus figurate adiuncti.

**¶ Duodecima regula.**

**¶ Sermo cuius generis?** Masculini. qz oīa nomina que in nominatiuo singulari in o desinūt (nisi sint verbalia antecedente i. z nisi in do vel in go exeant: o in i mutantia in genitiuo: que foeminini sunt generis: p̄ter hic ordo. cardo et cupido pro deo: vt hec actio. oratio. dulcedo. origo) masculina sūt. p̄ter caro carnis qd̄ est foemininū. Margo tā masculini q̄ foeminini generis inuenit̄. Virgo cōmunis etiā generis inuenitur.

**¶ Tertiadecima regula.**

**C** Cornu cuius gñis? Neutri. qz oīa noīa in u. vel in c. vel in d. vñ in l. vel in m. vel in t. in ntio singulari desinētia: neutra sūt: vt genu. lac. aliquod. ceruical. templū. caput. Excipiūt hic sal. qđ tamē apud veteres neutrū iueniūt. hic pugil. hic sol. hic z hec p̄sul. exul. vigil. hic z hec z hoc nequā.

**C** Quartadecia regula.

**C** Numen cuius gñis? Neutri. qz oīa noīa in n. desinētia si produciunt ultimā. aut si a canēdo cōponūtur masculina sūt. Sin corripūnt (nisi a canēdo cōposita) neutra sūt: vt hic lien. ren. splen. hoc solamen. semē. flamē. hic tubicē. cornicē. fidicē. Excipiūt hic pectē hic flamē p̄ sacerdote. Greca nō in n. gen<sup>o</sup> suū seruāt: vt hic titā hec siren. hic delphin. hec eleusin.

**C** Quita decia regula.

**C** Laquear cuius gñis? Neutri. qz oīa noīa desinētia in ar. neutra sunt: vt instar. lacunar. Excipiūt hic bostar. hic lar. hic z hec z hoc par. z sua cēposita.

**C** Sextadecia regula.

**C** Lancer cuius gñis? Masculini. qz omīa nomina in er. desinētia masculina sūt: p̄ter noīa tertie declinatōis b. vel u. loco cōsonātis añ er hñtia / vel terre foetus significātia: vt hic puer. ager. auster. hoc tuber. suber. cadauer. hoc siler. papauer. cicer. Excipiūt hic imber. z ab eo cōposita. septēber. mulciber. hoc iter. spinter. cācer p̄ morbo. Degener. paup. vber coīs vel potius oīs sūt generis.

**C** Decima septima regula.

**C** Vir cuius gñis? Masculini. qz in ir desinētia nomina masculina sunt: vt hic Leuir. treuir. abadir. Excipiūt hoc gadir. z hoc ir.

**C** Decima octaua regula.

**C** Honor cuius gñis? Masculini. qz oīa noīa in or desinentia masculina sūt: vt labor. lector. p̄ter cōpatia que coīs sūt gñis. Excipiuntur hic senior. hec arbor. hoc marmor. equor. ador. cor. hic et hec memor / imemor / z a decore / corpore / vel colore cōposita que coīa sūt: vt dedecor. bicorpor. discolor. Huctor etiā est coīs generis: nisi cū eū significat q̄ auget: tūc enī auctrix facit foemininū.

**C** Decimanona regula.

**C** Robur cuius gñis? Neutri. qz in vr desinētia noīa neutra sūt vt iecur. guttur. p̄ter noīa deorum vel gentilia / vel appellatiua autum. x. vel t. ante vr habētia que masculina sūt: vt anxur. astur. turtur. furfur. Verbalia vero que hominibus imponuntur si sint tertie declinatōis cōmunia sūt: vt augur. fur. trifur / q̄bus addit ligur Sin secūde / masculina: vt satur.

**C** Vigesima regula.

**C**iuitas cuius generis? Feminini. qz in as desinētia noīa femi-  
nina sunt. vt pietas: p̄ter patria z gentilia q̄ cōia sūt: vt arpinas.  
capenas. arcas. Excipiūtur hic mas maris / vas vadis / as assis.  
hoc vas vasis: fas nefas: et nugas om̄is generis z indeclinabile.

**C**urges cuius generis? **(Vicesimaprima regula.**

Masculini. qz in es correptā desinētia q̄ nullā significatōis natu-  
ralē cōionē habēt cū femininis masculina sunt: vt trames / limes

Excipiūtur duo in ges: vt hec seges z teges / z cōpes compedis.

Itē inq̄es qd̄ ois generis iuenit̄ **(Vicesimasecūda regula**

**C**lades cui⁹ generis? Feminini. qz in es p̄ductā desinētia femi-  
nina sunt: vt labes. Excipiūt hic verres p̄ porco: z dies / qd̄ in sin-  
gulari incerti generis est: in plurali masculini sp̄ / sicut ab eo p̄po-  
sitū merdies / z hic pes pedis **(Vicesimatertia regula**

**C**lassis cui⁹ generis? Feminini. qz in is desinentia nomīa femi-  
nina sunt. Excipiunt̄ h̄ntia n vel duas cōsonātes in eadē syllaba:  
vel duplicē p̄sonātē añ is: z q̄ penultimā syllabā vna ex liquidis

termināt / vel vna sillaba crescūt in gtō: q̄ masculina sunt. Excipi-  
tur hic caulis / hec bipēnis hec pestis: febris: neptis: vastis: vallis

turris: peluis: pellis: cuspis: cassis: lis. Molaris cū adiectiuū est  
cōis est generis: cū ad dentē vel lapidē referē mas est. Rudis cuz  
virgā significat qua gladiatores donabant̄ femininū est. Finis z

clunis incerti sunt generis **(Vicesimaquarta regula**

**C**flos cui⁹ generis? Masculini. qz ī os desinētia masculina sūt:  
p̄ter glos: cos: dos feina. z custos. sacerdos. bos. cōpos. impos.  
cōia. z os oris / z os ossis neutra **(Vicesimaq̄nta regula**

**C**ventus cui⁹ generis? Masculini. qz in us correptā desinētia /  
secūde z quarte declinatōis masculina sunt: vt ānus / sex⁹. Excipi-  
piunt̄ hec crystallus / cost⁹ / phaselns / artus. Itē hec acus. hum⁹.

alius. p̄terea hec dom⁹ colus. Item anus / nurus / socrus / et ma-  
nus / tribus / porticus. Idus tantū plurale: hoc pelagus. hoc ac⁹

aceris: purgamentū frumētī. Vulgus tam masculinū q̄ neutrū  
inuenitur. hoc etiā virus et pus indeclinabilia. Specus n̄o et

penus tam masculini q̄ feminini et neutri generis esse inueniun-  
tur. **(Vicesimasexta regula**

**C**unus cuius generis? Neutri. quia in us correptam desinen-  
tia tertie declinatōis neutra sunt. Excipitur hic lepus: hec ven⁹  
hic et hec ligus. hic et hec z hoc vetus. hec pecus pecudis. Nam  
hoc pecus pecoris facit. **(Vicesimasextima regula**

Folio

**C**Rus cuius gñis? Neutri. quia in us productā desinētia mono-  
syllaba neutra sūt: supra syllabā vero foeminina. vt crus. tus. iu-  
uentus. senectus. incus. Excipit hic mus. hic et hec sus. grus

**C**Trigesima octaua regula.

**C**In aus desinentia foeminina sunt: vt laus et fraus.

**C**Trigesima nona regula.

**C**In aes diphthongū vnū mas: praes praedis. et vnū neutrum  
inuenitur: vt aes aeris.

**C**Trigesima regula

**C**In t. desinentia neutra sunt: vt caput occiput.

**C**Trigesima prima regula.

**C**Pax cuius gñis? foeminini. quia in x desinētia nomina foemi-  
nina sunt: vt fornax. nex. nix. nisi e ante x habeat supra syllabam/  
nec sint foetus terre: tūc enī masculina sūt. vt veruex. vertex. ex-  
lex. pulex. culex. apex. cimex. Excipiunt hec pellex. obex. supellex.  
vibex. Preterea hic rex. grex. calix. varix. fornix. frutex. narix. an-  
guis gen<sup>o</sup>. hic vel hec cortex. silex. Sciendū q<sup>o</sup> verbalia in trix  
(quae sint foeminina) in obliquis tamen casibus in plurali neu-  
tris etiā iungūtur: vt victricia tollite signa / et victricī signo

**C**Trigesima secunda regula.

**C**Ars cuius gñis? foemini. qz in duas desinētia cōsonātes mono-  
syllaba foemina. supra syllabam vero masculina sūt. vt gens. fors.  
scrobs. sors. ops. frons. mors. mens. puls. trabs. lens. vrbs. stirps  
hic māceps. anceps. dodrās. triēs. quadriās. adeps. forceps. Exci-  
piuntur hic mōs. fōs. mars. pōs. dēs / et hec cohors. hyems.

**C**Quid in his agēdū in quibus veteres gñia cōfuderūt? Frequen-  
tiori auctoz vsui adherendū est.

**C**De numero

q<sup>o</sup> Quid ē numerus? Est dictionis forma q̄ discretionē quā/  
titatis facere potest. Quot sūt numeri noīm? duo. singu-  
laris. vt homo. pluralis. vt hoies.

**C**De figura.

q<sup>o</sup> Quot sūt figure noīm? Tres. Simplex. Cōposita. Decom-  
posita. Simplex. vt anim<sup>o</sup>. Cōposita. vt magnanim<sup>o</sup>. De-  
composita. vt magnanimitas. Quot modis noia cōponūtur?  
quattuor. Ex duobus itegris. vt suburban<sup>o</sup>. Ex duobus corrup-  
tis. vt efficax municeps. Ex integro et corrupto. vt ineptus in-  
sulsus. Ex corrupto et itegro. vt nugigerulus. Aliquē ex cōpluri-  
bus. vt inexpugnabilis impertitus.

**C**De casu.

q<sup>o</sup> Quid est casus? Est motus casualiū dictionuz. qui maxie  
fit in fine. Quot sunt casus noīm? Sex. nōis. gñis. da-



tiuus. accusatiuus. uctus. et ablatiuus. Unde dicitur casus? A cado qd quasi a recto cadere uideatur. Unde rectus iproprie dicitur casus. ¶ Quot sūt littere terminales noim qbus latinu utitur? quattuordecim. uocales quinq. a. e. i. o. u. semiuocales sex. l. m. n. r. s. x. mute tres. c. d. t. ¶ Quot sūt declinatōes noim? quinq. Prima cuius gūs singularis in ae dyphthongū / vel (si greca sint noia) in es longā desinit. ut musa se. z rhetorice ces. Secūda cuius gūs singularis in i. pductā desinit. ut herus ri. Tertia cuius gūs singularis in is correptā desinit. ut pater tris. Quarta cuius gūs singularis in us vel in u. pductā desinit. ut uisus sus. et cornu cornu. Quinta cuius gūs singularis in ei diuisas syllabas desinit. ut dies diei.

¶ De prima declinatōe

p Prima declinatio p quot gna declinat? Per tria. Masculinū. foemininū. et cōmune.

¶ Prima regula

¶ Nōiatiuus prime declinationis quot terminationes habet? quattuor. a. e. as. es. et unā hebreā am. ut poeta. rhetorice. eneas. anchises. abraam.

¶ Secūda regula.

¶ Genitiuus z datiuus singularis. et nōiatiuus et uctus pluralis in ae dyphthongū desinūt semper. Exceptis gūs singularibus eorum que terminant in e. longū. qui genitiui terminant in es. ut rhetorice ces.

¶ Tertia regula.

¶ Accusatiuus singularis in am vel in an vel in en terminatur. ut poetam. enean. anchisen.

¶ Quarta regula.

¶ Uocatiuus singularis in a facit vel in e quādo uenit ab es. vel ab e. vel in am quādo uenit ab am. ut o enea. anchise. rhetorice. abraam.

¶ Quinta regula.

¶ Ablatiuus singularis in a desinit. vel in e. qñ fit ab es. vel ab e ut a poeta. anchise. rhetorice.

¶ Sexta regula.

¶ Genitiuus pluralis in arū desinit. et plerūq p cōcisionē in um. ut troiugenarū et troiugenū.

¶ Septima regula.

¶ Datiuus et ablatiuus plurales in is desinūt. Foemina tamē pauca transfigurata ex masculinis nō habētibus neutra. que per sexum discernūtur. faciūt datiuum et ablatiuum in bus. ut natabus. filiabus. libertabus. asinabus. His addūtur animabus. ambabus et duabus.

¶ Octaua regula

¶ Accusatiuus pluralis semper terminatur in as.

¶ De modo examinandi.

p Oeta que pars est? Nomen. ¶ Quid est nomen? Est

pars orationis cū casu: corpus/aut rem/ pprie cōmuniter ve si-  
 gnificās. ¶ Poeta ē ps declinabilis an indeclinabilis? Declina-  
 bilis. ¶ Quot sunt partes oratōis declinabiles? Quattuor? No-  
 men: verbū: participiū: z pnomē. ¶ Quot sunt pres orōnis inde-  
 clinabiles? Quattuor. Prepositio: aduerbiū: interiectio: z cōiun-  
 ctio. ¶ Quare dicit nomen? quasi notamen: q hoc notemus vni-  
 us cuiusqz substantie qualitatem vel a greco quod est  
 Nominū quot accidunt? Quinqz. Species. genus. numerus. figu-  
 ra. z casus. ¶ Cuius speciei? Deriuatiue. Unde deriuatur? A po-  
 esis ¶ Quot sunt species nominum? Due. Primitiua: vt iulus z  
 mons. Deriuatiua: vt iuli<sup>9</sup> et montan<sup>9</sup>. ¶ Quale nomē est? Sub-  
 stantiuū. Quare? qz pponit ei vnū articulare tantū: vt hic poeta.  
 ¶ Quotuplex est nomen? Duplex. Substantiuū z adiectiuū. Sub-  
 stantiuū z adiectiuū. Substantiuū est cui preponit vnū articu-  
 lare tantū: vt hic liber. vel duo ad summū: vt hic z hec homo. Et  
 adiectiuū est qd̄ variat per tres diuersas voces: vt probus proba  
 probum. vel per tres articulos. vt hic z hec z hoc felix. ¶ Quale  
 nomen substantiuū est poeta? Appellatiuū. Quotuplex est nomē  
 substantiuū? Duplex. propriū z appellatiuū. ¶ Quod est propri-  
 um? Quod vni soli cōuenit: vt pyrrhus z penelope. Et appellati-  
 uum? qd̄ est cōmune multoz: vt homo leo. ¶ Cui<sup>9</sup> speciei taz pri-  
 mitiuoz q̄z deriuatiuoz est poeta? Corporalis. quia corp<sup>9</sup> signi-  
 ficat. ¶ Quot sunt species tā primitiuoz q̄z deriuatiuoz noim?  
 Viginti q̄z. Corporale. incorpale. omonimū. synonymū. ppri-  
 um. appellatiuū. substantiuū. adiectiuū. ad aliq̄d dictum. quasi  
 ad aliq̄d dictum. gentile. partitiū. interrogatiuū. infinitū. relati-  
 uum. collectiuū. diuiduū. ficticiū. generale. speciale. ordinale. nu-  
 merale. absolutū tēporale. locale. Cuius speciei deriuatiuoz pro-  
 prie? Denotiatiue. quia a noie deriuat qd̄ est poesis. ¶ Quot sunt  
 deriuatiuoz noim spēs pprie? Nouē. Patronymicū. possessiuū.  
 cōparatiuū suplatiuū. diminutiū. denotiatiuū. verbale. pticipia-  
 le. aduerbiale. ¶ Cui<sup>9</sup> generis poeta? Masculini. quia pponit ei  
 vnū articulare. pnomē hic. Quot sunt genera noim? Septē. Ma-  
 sculinū cui preponit hic: vt hic pyrrhus. Femininū cui pponitur  
 hec: vt hec penelope. Neutrum cui pponitur hoc: vt hoc animal.  
 Commune cui preponitur hic et hec: vt hic et hec homo. Om-  
 ne cui tria articularia pronomina preponuntur: vt hic et hec et  
 hoc felix. ¶ Promiscuum quod sub vna voce et vno articulo

denotat aialia vtriusq; sexus: vt hic passer. hec aq̄la. Incertū qđ nulla rōne cogēte sola auctoritas veterū sub diuerso gñe ptulit: vt hic vel hec silex. fūis. talpa. z reliqua. ¶ Poeta p̄ quā regulā est gñis masculinū: p̄ decimā de gñib⁹ qua notat q̄ oia noīa greca q̄ in as vel in is longā desinūt. z s̄l̄r in a apud eos desinentia neutra. z q̄cūq; terminationē suā seruāt: gen⁹ suum apud nos seruāt: vt hic boreas. crater. titā. sofia. poeta. / z reliqua. ¶ Pr̄ia declinatio p̄ quot gñā declinat⁹: p̄ trīa. masculinū. foemininū z cōe. ¶ Cuius numeri poeta: singularis. qz singulariter p̄fert. ¶ Quid est numerus: est dictionis forma: q̄ discretionē q̄tītatis facere pōt. ¶ Quot sūt numeri noīm: duo. Singularis: vt homo pl̄is: vt hoīes. ¶ Cuius figure poeta: simplicis. quare: qz simpliciter p̄fert. ¶ Quot sūt figure noīm: tres. Simplex: vt aim⁹. cōposita: vt magnanim⁹. decōposita: vt magnanimitas. ¶ Quot modis noīa p̄ponūt: quattuor. Ex duob⁹ integris: vt suburban⁹ Ex duobus corruptis: vt efficax municeps. Ex integro z corrupto: vt ineptus insulsus. Ex corrupto z integro: vt nugigerulus. Aliqñ ex cōplurib⁹: vt inexpugnabilis imp̄territus.

¶ Lapsis quō p̄ponit⁹: ex pl̄ib⁹ corruptis: cape si vis. ¶ Poeta cui⁹ casus: noīatiui vcti z ablatiui singl̄is. quare: qz in talib⁹ casibus declinādo reperit. Poete cui⁹ casus: Sti z datiuī singularis nti z vcti pl̄is. In hoc loco poeta currit: poeta cui⁹ casus: noīatiui. qz est suppositū hui⁹ verbi currit qđ req̄rit ante se noīatiuū. ¶ Quid ē casus: est mot⁹ casualiū dictionū: q̄ maxime fit in fine. Unde d̄r casus: a cadēdo q̄ quasi a recto cadere videat. vñ rect⁹ improprie d̄r casus. ¶ Quot sūt casus noīm: Sex. Istūs. gtūs. dtūs. actūs. vctūs. z ablatiu⁹. ¶ Qua littera terminat poeta: a vocali. ¶ Quot sūt t̄minales l̄re noīm q̄b⁹ latini vtūt: quattuor: decim. Vocales quinq; a. e. i. o. v. Semiuocales sex. l. m. n. r. s. x. Mute tres. c. d. t. ¶ Quot sūt declinatōes noīm: q̄nq;. Pr̄ima cuius gtūs singularis in ae diphthōgon / vel i es longam desinūt vt poeta poete: rhetorice rhetorices. Secūda cui⁹ gtūs / z reliqua vt supra. Poeta cui⁹ declinatōis: Pr̄ime. qz ei⁹ gtūs singularis in ae diphthōgon desinūt. ¶ Istūs singularis pr̄ime declinatōis quot terminationes habet: quattuor. a. e. as. es. z viam hebream am: vt poeta. rhetorice. enneas. anchises. abraam. ¶ Poeta quō facit in gtiō: facit in gtiō et datiuo singulari / z nominatiuo z vocatiuo plurali poete. p̄r quam regulam: p̄r secundam pr̄ime

declinationis: qua dicitur quod genitivus et datus singularis et nominativus et vocativus pluralis in ae diphthongon desinunt semper. Exceptis genitivis singularibus eorum que terminantur in e longum qui genitivi terminantur in es. ¶ Poeta quomodo facit in actio singulari? poetam. Per quam regulam? per tertiam prime declinationis qua notatur quod accusativus singularis in am vel in an vel in en terminatur. ut poetam. eneam. et anchisen. ¶ Quomodo facit in vocativo singulari? Facit in vocativo et ablativo singulari poeta. Per quam regulam? per quartam et quintam prime declinationis quibus notatur: quod vocativus et ablativus singularis in a terminatur vel in e: quoniam veniunt ab es vel ab e: ut o enea. anchise. rhetorice. ab enea. anchise. rhetorice. ¶ Quomodo facit in genitivo plurali? poetarum. Per quam regulam? per sextam prime declinationis: qua notatur. quod genitivus pluralis in arum desinit. et plerumque per concisionem in um: ut troiugenum et troiugenum. ¶ Quomodo facit in dato? facit in dato et ablativo plurali poetis. Per quam regulam? per septimam prime declinationis: qua notatur quod datus et ablativus pluralis in is desinunt. sicut oena tamen pauca et reliqua. ¶ Poeta quomodo facit in actio plurali? poetas. Per quam regulam? per octavam prime declinationis: qua notatur. quod accusativus pluralis semper terminatur in as.

¶ Poeta quomodo declinatur?

¶ Nominativus hic poeta. Genitivus huius poete. Dativus huic poete. Accusativus hunc poetam. Vocativus o poeta. Ablativus ab hoc poeta. Et pluraliter Nominativus hi poete. Genitivus horum poetarum. Dativus his poetis. Accusativus hos poetas. Vocativus o poete. Ablativus ab his poetis:

¶ Nominativus hec musa. Genitivus huius muse. Dativus huic muse. Accusativus hanc musam. Vocativus o musa. Ablativus ab hac musa. Et pluraliter Nominativus he muse. Genitivus harum musarum. Dativus his musis. Accusativus has musas. Vocativus o muse. Ablativus ab his musis.

¶ Nominativus hic et hec aduena. Genitivus huius aduene. Dativus huic aduene. Accusativus huc et hac aduena. Vocativus o aduena. Ablativus ab hoc et ab hac aduena. Et pluraliter Nominativus hi et he aduene. Genitivus horum et harum aduenuum. Dativus his aduenis. Accusativus hos et has aduenas. Vocativus o aduene. Ablativus ab his aduenis.

¶ De secunda declinatione.

¶ Prima regula.

nominativus scilicet declinationis quot terminationes habet? Sex.

**Er. ir. ur. um. us. eus.** In er masculinorū tā latinorū q̄ grecorū: vt caper. alexāder. iber. hispan<sup>o</sup>. fluuius (q̄ etiā iberus dī) q̄d solum producit er in hac declinatiōe: z ab eo cōpositū Celtiber. nā pro gente q̄ est iuxta armenios/iber iberis dicit. In ir z ur latinorū tantū masculinorū: vt vir z satur. In us: vt platanus. In um neutrorū/z figurate foemininorū: vt regnum glyceriū. In eus greca tantū z masculina: vt theseus. tydeus.

**¶ Secūda declinatio per quot ḡna declinat?** Tria. masculinum foemininū. z neutrum.

**¶ Secunda regula.**

**¶ Genitiuus singularis in i desinit. z in ir, vel in ur, vel in eus desinentia vna semp̄ syllaba vincūt in genitiuo: in us vero z in um: pares habent syllabas.**

**¶ Tertia regula.**

**¶ Datiuus z ablatiuus secūde declinatiōis fiūt a ḡto i. mutata in o: vt huius lucifert. huic z ab hoc lucifero. huius tydei. huic et ab hoc tydeo.**

**¶ Quarta regula.**

**¶ Accusatiuus singularis secūde declinatiōis desinit in um: vt Priamū. theseū. Greca nō in eus desinūt etiā in a. Letera vero in on termināt. vt thesea. priamon.**

**¶ Quinta regula.**

**¶ Vocatiuus singularis secūde declinatiōis, q̄n in r vel in m. desinit noiatiuus similis est ei. In eus nō desinentib<sup>9</sup> grecus est vocatiuus qui a noiatiuo fit ablata s: vt o theseu. In us desinentia mutata us in e faciunt vocatiuū Si tamen ante us i sit i propriis/abiecta us faciūt vocatiuū: vt Virgilius o virgili. Dicim<sup>9</sup> etiā fili pro filie. Dicūt etiā christiani deus/agnus/vulgus/pelagus/populus/fluuius in vocatiuo.**

**¶ Sexta regula.**

**¶ Pluralis nominatiuus z vocatiuus tā masculinus q̄ foemininus secūde declinatiōis/similis est genitiuo singulari. Neutri vero generis nominatiuus accusatiuus z vocatiuus plurales finiūt in a. In oibus enī neutris tres casus sūt similes: noiatiu<sup>9</sup>. accusatiuus. z vocatiuus. Et in plurali semper desinunt in a: nisi sint greca: vt tempe cepe.**

**¶ Septima regula.**

**¶ Genitiuus pluralis secūde declinatiōis fit in omni genere addita rum ablatiuo singulari: vt magistro magistrorū. Multa tamen per syncopen dicunt: vt denū septenū. senum. tricenum nūmū. sextertū. modisū. liberū. fabriū. elementū. iugerum.**

**¶ Octaua regula.**

¶ **D**atiuus z ablatiuus pluralis secūde declinatiois sūt ab ablatiuo singulari: mutata o in is longā. ¶ **M**ona r̄la.

¶ **A**ccusatiu<sup>9</sup> pluralis secūde declinatiois tā masculin<sup>9</sup> q̄ foemina<sup>9</sup> sūt (addita s) ab ablatio singulari. ¶ **D**ecia r̄la.

¶ **N**oia que scdm modū pnois declināt sūt octo. Unus. totus solus. alius. vllus. vter. alter. z qui vel quis cū suis compositis. q̄ etiā scdm mobiliū noīm regulam veteres declinabāt p̄ter quis. Neuter tamē neutra neutrū. cū vtroq̄ modo sicut simplex suum diceret; apud iuniores scdm mobilia noia declināt. Horum foemina sūt. vna. tota. sola. alia. vlla. altera. vtra. que. Neutra. vniū totū. solū. aliud. vllū. alterū. vtrū. quid vel qd̄. Quorum genitiui vnius. totius. solius. alius. vllius. vtrius. z corripit̄ z producut̄ penultimā. alterius semp corripit̄.

¶ **N**oiatiuo hic magister. Genitiuo hui<sup>9</sup> magistri. Datiuo huic magistro. Accusatiuo hūc magistrū. Vocatiuo o magister. Ablatiuo ab hoc magistro. ¶ **E**t pl̄r noiatiuo hī magistri. Genitiuo horū magistrorū. Datiuo his magistris. Actio hos magistros. Vocatiuo o magistri. Ablatiuo ab his magistris.

¶ **N**oiatiuo hec pinus. genitiuo huius pini. datiuo huic pino. accusatiuo hanc pinū. vocatiuo o pine. ablatiuo ab hac pino. ¶ **E**t pl̄r nominatiuo hec pini. genitiuo harū pinorū. actio his pinis. actio has pinos. vocatiuo o pini. ablatiuo ab his pinis.

¶ **N**oiatiuo hoc templū. genitiuo hui<sup>9</sup> templi. datiuo huic templo. actio hoc templū. vocatiuo o templū. ablatiuo ab hoc tēplo. ¶ **E**t pluraliter noiatiuo hec templa. genitiuo horum templorum. datiuo his templis. accusatiuo hec templa. vocatiuo o templa. ablatiuo ab his templis.

¶ **N**oiatiuo vllus vlla vllū. genitiuo vllius. datiuo vlli. accusatiuo vllū vllā vllū. ablatiuo ab vllō vlla vllō. ¶ **E**t pluraliter noiatiuo vllī vllē vlla. genitiuo vllorū vllarū vllorū. datiuo vllis. accusatio vllōs vllas vlla. ablatiuo ab vllis.

¶ **D**e tertia declinatione.

¶ **T**ertia declinatio per quot ḡna declinat̄? Per omnia.

¶ **P**rima regula.

¶ **Q**uot sūt terminatioes noīm tertie declinatiois? Quinquaginta octo. Que? in a: vt poema. in e: vt monile. in o: vt leo. ī ac: vt lac in ec: vt alec. in id hebreā z barbara: vt dauid. in al: vt sal. in el: vt mel. in il: vt pugil. in ol: vt sol. in vl: vt consul. in an: vt titan. in en:

vt splen. in in / vt phorcyn. in on / vt sidon. in ar / vt par. in er / vt pa  
 ter. in ir / vt gadir. in or / vt amor. in ur / vt turtur. in as / vt pallas.  
 in es / vt comes. in is / vt collis. in os / vt copos. in us / vt lepus. in  
 abs / vt trabs. in ebs / vt celebs. in ybs / vt calybs. i obs / vt scrobs  
 in vrbs / vt vrbs. i uls / vt puls. i ems / vt hyems. i ans / vt dodras.  
 in ens / vt dens. in yns / vt tiryms. i ons / vt fons. i uns. vt aruns. in  
 aps / vt daps. i eps / vt maceps. i yps / vt cinyps. i ops / vt ops ma  
 ter deoru. in ars / vt mars. in ers / vt iners. i ors / vt fors. in urs vt  
 tyburs. in irps / vt stirps. in ax / vt fax. i ex. vt fex. in ix / vt phoenix  
 in ox / vt velox. in ux / vt crux. in aes / vt praes. in aus / vt fraus. in  
 ut / vt caput. in alx / vt calx. in anx / vt lanx. in arx / vt arx. i unx / vt  
 coniunx.

¶ Secunda regula.

¶ Genitiuus singularis tertie declinatiōis in is correpta desinit  
 Excipit vis huius vis qd poucit.

¶ Tertia regula.

¶ Dtus singularis tertie declinatiōis fit a gto abiecta s.

¶ Quarta regula.

¶ Accusatiuus singularis tertie declinatiōis fit a gto singulari  
 is mutata in em. In is tamē terminata ppria vel greca simile ha  
 bentia noiatiuū genitiuo in im termināt accusatiuum: vt tybrim  
 ararim. neapolim. pterea latina hcc inueniūtur. turrim. tyburim.  
 burim. securi. puppi. siti. resti. vim. pelui. tussim. maguderim. Pupa  
 pē etiā et securēz turrēz restem inuenies. In grecis vero tam in  
 hac q̄ in aliis declinatiōibus greca terminatio in a inuenitur: vt  
 peana titana.

¶ Quinta regula.

¶ Vocatiuus singularis tertie declinatiōis si is est ntio singu  
 lari nisi sit vctus grecus ablata a / vel a gto ablata tis: vt thebai.  
 calcha. palla: xeonophon.

¶ Sexta regula

¶ In e correpta neutra (nisi sint ppria) simile habet ablatiuum  
 singularē dō singulari: vt ab hoc mari. natali. monli. Excipitur  
 ab hoc gausape: quod veteres /z hic gausapes /z hec gausapa / et  
 hoc gausape /z gausapim dixerant. Similiter in ar neutra et in  
 al penultimā in obliquis producētia. z in er z in is adiectiua si fa  
 ciūt in e neutra. z que in um tm termināt accusatiuum. z in is vel  
 in er nomina mensium in l. pductā faciūt ablatiuū singularē: vt  
 tribunali. lupanari. celeri. vtili. tybri. aprili. septembri. Excipitur  
 ab hoc farre. Omnia vero que in im vel in em faciunt accusatiuū  
 et que omnis generis sunt. z que in uis vel in ctis vel in ptis vel i  
 mnis vel in gnis vel in gnis exeunt: z omnia fere que duas ante

is consonantes in eadē habeant syllaba cōparatiua. et si r oia in se  
foeina verbalia et circūflexa: que apud veteres in tis desinebant  
tam in e q̄ in i faciūt ablatiuū: vt secure. vel securi. vigilē vel vigi  
li. vetere vel veteri. pare vel pari. iope vel iopi. ancipite vel ancipi  
ti. naue vel nauī. vecte vel vecti. nepte vel nepti. amne vel amni.  
igne vel igni. angue vel angui. poste vel posti. minore vel minori.  
victrice vel victrici. arpinate vel arpinati. Hospes z sospes cum  
sint ois ḡnis: hospite z sospite faciūt. nec sūt cōtra regulā cū ha  
beant foeinū in a. Excipiūt vestis testis. pestis. et pauper degener.  
vber: que p e solā faciūt ablatiuū. Memore vel memori dicit: qm̄  
ntūs memoris z hoc meōre dictum est: vt concordē vel concordī.  
Inuenit etiā cōcordis et hoc cōcorde / sicut amentis z hoc amentē  
te. ¶ Omnia noīa tertie declinatōis: p̄ter supradicta in e faciūt  
ablatiuū: vt patre. classe. Auctoritas tū et in i quādoq; p̄fert: vt  
Virgilius. Aduectum Eneam classi.

## ¶ Septima regula.

¶ Ntūs pl̄is tertie declinatōis in masculinis foeinis et cōibus  
fit a ḡto singulari mutata is in es: vt matres foelices. Excipiunt  
sardis. trallis. alpis syrtis: que is productā habēt pro greca diph  
thongo. Neutra vero si ablatiuus in i solā. vel tā in i q̄ in e desi  
nit p̄ter cōparatiua correpta i z addita a. Si vero in e solā simi  
liter cōparatiua mutata e in a faciūt noīatiuū pluralem: vt moni  
lia. paria. foelicia. tempora. maiora. Excipiuntur vetera. ludicra.  
pluria / vel plura. amplustria / vel amplustra.

## ¶ Octaua regula.

¶ Genitiuus pluralis tertie declinationis cū in i solum vel in e z  
in i desinit ablatiuus: in iū faciūt: vt sedili sediliū. foelice vel foeli  
ci foeliciū. Comparatiua vero in um faciūt: vt a maiore vel ma  
iori maiorū. a minore vel minori minorū. In e vero solam facien  
tia ablatiuū: si ntūs in duas terminetur consonantes in iū faciūt:  
vt fonte fontū. frōte frontū. Exceptis in m̄ vel in ps: si nō sint  
a capite cōposita que in um faciūt vt hyems hyemum. municeps  
municipum: A capite cōposita in sum terminant genitiuum: vt  
triceps tricipitiū. Que vero genitiuū parem habēt ntō in ium fa  
ciūt: vt collis collū. cedes cedū. Excipitur iuuenū. canū. panū  
Uetus. vigil. memor. supplex. artifex: quīs in e et in i terminent  
ablatiuum: nō tamen in ium sed in um faciūt genitiuum. Plura  
lia in es que carent singularibus genitiuū in ium faciūt: vt vires  
virium. penates penatium. Similiter in is longum desinentia: vt



lis litiū. s̄anis s̄anitiū. nox etiā noctiū facit. Cetera oīa desinūt in  
um: vt poema poematū. Excipit̄ boū a boue p̄ bouum. In es ter  
minātia pares h̄ntia syllabas cū ḡtō/et in as frequētī<sup>9</sup> per synco  
pē dicūtur: vt vatū p̄bitatū. Nā supplicū artificū iudicū: differē  
tie causa dicta sunt.

¶ Nonā regula.

¶ Datiuus z ablatiuus pluralis tertie declinatiois nascit̄ a geni  
tuo singulari interiecta bu: vt foelicib<sup>9</sup>. hoibus. penatib<sup>9</sup>. Excipi  
pitur bobus. Frequēter tamē greca neutra in a: in is longā termi  
nāt datiuos z ablatiuos plurales: vt poematis. problematis.

¶ Decima regula.

¶ Accusatiuus z vctūs plurales tertie declinatiois similes sūt  
noiatiuo plurali: vt latrones. matres. syrtis. alpis. Omnia que ha  
bent simile noiatiuo genitiuū. et que in i solā termināt ablatiuū/  
et que pluralia sūt in ns vel in rs desinētia plerūq; per is: raro p  
es termināt accusatiuū pluralē: vt omnis. alacris. penatis. fontis  
partis. In r. vel o desinētia trium generum raro per is. Pluresz  
lites: tam per es q̄ per is.

¶ Nominatiuo hic pater. Genitiuo huius patris. Dō huius pa  
tri. Accusatiuo hūc patrem. Vocatiuo o pater. Ablatiuo ab hoc  
patre. Et pluraliter Nominatiuo hi patres. Genitiuo horum pa  
trum. Datiuo his patribus. Accusatiuo hos patres. Vocatiuo  
o patres. Ablatiuo ab his patribus.

¶ Noiatiuo hec virtus. Genitiuo huius virtutis. Dō huius vir  
tuti. Accusatiuo hanc virtutē. Vocatiuo o virtus. Ablatiuo ab  
hac virtute. Et pluraliter Nō he virtutes. Dō harū virtutum.  
Datiuo his virtutibus. Accusatiuo has virtutes. Vocatiuo o virtu  
tes. Ablatiuo ab his virtutibus.

¶ Nō hoc opus. Genitiuo huius operis. Datiuo huic operi. Ac  
cusatiuo hoc opus. Vocatiuo o opus. Ablatiuo ab hoc opere. Et  
pluraliter Noiatiuo hec opera. Genitiuo horū operum. Datiuo  
his operibus. Accusatiuo hec opera. Vocatiuo o opera. Ablati  
uo ab his operibus.

¶ Nō hic z hec homo. Dō hui<sup>9</sup> hoīe. Dō huic hoī. Actō hunc  
